11

pater cum filio semp operatur.
Cuius etiam testis est qui ait nemo
nouit filium nisi pater.

iii DE SPU SCO

SCS SPS DE PATRE
et filio coaeternus procedens te-
nuiter notitiae nostrae infirmi-
tati infunditur; qui tamen sup
apostolos ueniens p inmensitatē
uehementissimi sps demonstra-
tur cum dicitur. factusque est
repente de caelo sonus tamquam
aduenientis sps uehementis.
Angusta est omnis creatura
creatori. p eundem spm qui nihil
in se uel iuxta se aliud nisi semp
ēē habet. et quid est nobis semper
in psenti querere. nisi ad illud
cui nihil uenit nihil preterit
gaudium aeternitatis anhelare.
Sps scs cum se notitie humane
infirmitatis insinuat et sonitu
uehementis sps et uoce aurae lenis
exprimitur. qui uidelicet ueni-
ens et uehemens est et lenis. lenis
quia notitiam suam quatenus
cognosci utcumque ualeat nostris
sensibus temperat. Uehemens
quia quantumlibet haec tempe-
ret. Aduentu tamen suo infir-
mitatis nostrae caecitatem illu-
minando pturbat. In lustratio-
ne sua nos sps scs leniter tangit.
sed inopiam nostram immaniter
concutit. De spu sco scriptum e,
sps eius ornauit caelos
Ornamenta enim caelorum sunt
uirtutes predicantium quę uide-
licet ornamenta paulus enumerat
dicens. Alii datur p spm sermo sapi-
entiae. alii sermo scientiae secundū
alteri fides in eodem spu
eundem spm. alii gratia sanitatū
in uno spū. alii operatio uirtutum.
alii prophetia. alii discretio spiri-
tuum. alii genera linguarum.
alii interpretatio sermonum.
Haec autem omnia operatur unus
atque idem sps diuidens singulis
prout uult. Quot ergo bona sunt
praedicantium tot sunt ornamenta
caelorum. Uerbo dni celi firmati s̄t
et spu oris eius omnis uirtus eorum
Uerbum enim dni filius est patris.
sed eos idem caelos uidelicet scos apos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0025